

*Bibliothèque numérique*

**medic @**

**Pietre, Jean - candidat / Blackwood,  
Henry - président. - An visceribus  
nutritiis aestuantibus Metallicarum  
aquarum potus salubris ?**

**1633.**

**Paris**

**Cote : ms 76 n°790a**

QV AESTIO MEDICA  
QVOD LIBETARIIS DISPUTATIONIBVS

MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM,

DIE IOVIS DECIMA SEPTIMA NOVEMBRIS.

M. HENRICO BLACVOD, Doctore Medico moderatore. Professore & Medico Regio.

*An visceribus nutritiis aestuantibus Metallicarum aquarum potus salubris?*

790.

**V**ISCERA, quæ nutriendo corpori apparant & adomnibus, omnia calent naturâ suâ : quandiu modum seruat calor, ea bellè constituta habentur, vt æstimatione caloris viscerum integritas non terminetur. At ille sæpius superat. Equidem incautâ victus ratione non raro squalent viscera illuue, quæ tandem putredine accenduntur : ea vel suscipi, obducto veluti limo, extima tenet viscera : vel eorum exilibus abstrusa venis, aliusque condita parit illam, Medicinæ debent obstructionem, plurimorum morborum quasi parentem. Calore crassior fit, viscidior, & acrior illuues, vt ea agrè emendantur, nec facile queat obstructio summoueri : vnde morborum mora diurnior, & pernicacior : vt illi vel medendo ægrescant, vel vix desunt, & ægris ferè commortantur.

**D**A X calor viscerum medullas sensim exest, & eorum sanatur : vnde exarescunt viscera, nimque sic morbus, qui *aduræ* dicitur, & ille grauius : sicca viscerum intemperies, quæ, etiam leuis non leuem reliquo corpori infert noxam ; ipsa perdifficilis curatu, si ingenitum vtrumque humorem depastus fuerit calor : vt ad vitam restaurandâ, viscera non exsiccati.

**I**N terrarum abditis, quæ per metalla decurrunt aquæ, visibilibus metallorum adeptæ, Metallicæ dicuntur : ex quâdôque prorumpunt, tùm emicant fontes, quos plurimis corporis vitis morbi plerique prædicant : tactu illi vel calidi, vel egelidi, vel frigidi sunt : sapore vario, vt alij sal, alij nitrum, alij ferrum, alij æs, alij bitumen, alij chalcantum, &c. sapiant : qualescunque fuerint calore, & siccitate insignes sunt, vt ex his epota aqua caloris molestias non sedat, amoris verò insiti non minimum absumat, & tabem accersat : quippe quæ quasi per calcem, & cinerem exultat terræ, è quâ generantur multa, manet & percolatur ; vt verè lixiua dici possit : quæ tamen viscera bile tincta eluere ipsa per se nequeat. Vnus natiuus calor id præstitur, vt vigente febre linguæ fuliginem, detergentium etiam acriorum vsu, detrahere perperam tentaret Medicus.

**A**QVÆ Metallicæ duræ sunt, nec nisi agrè coctione emollescent, vt caloris natiui vim penè omnem superent : vrinæ nec illæ cient, aluûmve mouent : liberaliùs etiam epotæ, quandoque mouent, & morandi causam, ductuum obstructionem, amouere non valent : quin eam adaugent, tamentorum metallicorum congerie : vnde quos exonerat affectus febris, sæuissimus capitis dolor, colicus cruciatus & ille nothus, icterus, cholera : nec illæ innoxie licet effluant, tamen acerrimæ ; vt ipso excursu suum effundant ardorem, iamque insitam visceribus feruidam *aduræ*, & eius sobolem sterilitatem, hysteriam, & hypochondriacos affectus confirmant. Haustum largiùs merum, quamuis post haud multò effusum illud omne fuerit vomitu, seccat vrinam, occidit mensent, sensus consopit omnes, soluit artus. Pleuritidis materia, quæ per pulmones celeriter permeat, vt expectoretur, emollescit & inflammatur.

**Q**VI ex feruore viscerum laborant, si fortè metallicos somnauerint, bellè quandoque reuertuntur, vt æstum ferant leuiùs, habitiores etiam euadant. An morbi iam senescentis remissione, admodum ardeat remediis, quæ feruorem temperant ? atque tùm natura firmior, suisque iam munita præsidij, causam morbi omnem depellit, Metallicarum etiam aquarum vim malignam elidit ? Contigit, vt æstu febrili diu, multùmque iactatus, febre tandem defervescente, meri plurimum ebiberit, atque ex eo habuerit meliùs, & febre omninò fuerit liberatus : cõne cuius ardore febrili conflagranti, vini vsum præsumens Medicus consuleret aquæ quouis metallo medicatæ, potior non est ratio : refrigerandi vi nullâ pollet : illius haustu quævis intermittens febris contra contraxit, excandescit, fitque pernicacior : bilis in cholericâ alui perturbatione suscitatur, maiore fertur impetu : foris effluens exasperat, serpique illud, & manat latius. Nullus existat morbus, quem humorum æstus concitarit, qui Metallicis aquis non exacerbetur.

*Ergo visceribus nutritiis aestuantibus Metallicarum aquarum potus non est salubris?*

Proponebat Lutetiæ IOANNES PIETRE Parisinus, Anno R. S. H. M. DC. XXXIII.

DOMINI DOCTORE S DISPUTATVRI.

M. Gilbertus Poylon.  
M. Victor Pallis.  
M. Georgius Ioudouyn.



M. Hugo  
M. Nicolaus  
M. Ioannes



M. Henricus Blacvod Præses. M. & P. R.  
M. Gabriel Biard.  
M. Ioannes Desgarris. M. R.

S.P.